

Vix spes ipse suas animo capit, aurea fingens
Omnia. Gaudenti mensas posuere ministri,
Extractas dapibus, nec tostæ frugis egentes:
Tum vero, sive ille sua cerealia dextra
Munera contigerat, Cerealia dona rigeabant;
Sive dapes avido convellere dente parabat,
Lamina fulva dapes, admoto dente, nitebant.
Miscuerat puris auctorem muneris undis:
Fusile per rictus aurum fluitare videres.
Attonitus novitate mali, divesque miserque,
Effugere optat opes, et, quæ modo voverat, odit.
Copia nulla famem relevat: sitis arida guttur
Urit, et in viso meritis torquetur ab auro.
(Ad cælumque manus, et splendida brachia tollens)
"Da veniam, Lanæ pater! peccavimus"; inquit
"Sed miserere, precor, speciosque eripe damno."

Ovid, "Metamorphoses," XI, 118-133.